

CAPVT XIII.

An ratione ſtyli poſſint Regij Indiarum Conſiliarij in reſcriptis ad Eccleſiaſticos tranſmiſſis conſcientiæ gra- uamen incurrere.

Stylus com- matorius ex ſtylo no- uo.

D.Solorz.

Dominus Solorzanus lib. 4. cap. 12. n. 78. & 79. & in Politica lib. 5. cap. 16. pag. 908. s. Loquales, nouum ſtylum circa hoc cenſurâ dignum exiſtimat; ſic enim ſcribit: Quod notare etiam oportebit pro cenſura cuiuſdam prauſ ſtyli, qui his temporibus in dictis ſchedulis frequentatur; quatenus Princeps ad earum obſeruationem multis pœnis inſurgit, & multis uerbis hortatur, & aliquando indignationem minatur, &c. Cùm ergo reſcripta talia per Conſilium expediuntur, ad illius Patres talis uidetur cenſura pertinere. Et dubitari poteſt an in hoc eorum poſſint conſcientiæ grauari. Circa quod

Aſſertio 1. aliquid in eo eſſe peccatum.

128. Dico primò. Niſi bona fides excuſet, aliquid in huiuſmodi ſtylo peccatum admifceat. Sic uidetur ſentire Dom. Solorzanus, cùm prauum dicat. Et probatur. Quia Eccleſiaſtici alterius fori, & quidem diuini ſunt: ergo debet eum illis reuerenter agi, nec pœnarum comminatione compelli; & quidem cùm pœnæ non ſint pro libito, ſed præcedente cauſæ cognitione imponendæ, qui pœnas minantur, eo ipſo ſe iudices uidentur profiteri. Hoc autem quantum immunitati ſacrorum hominum aduerſetur, ſatis eſt perſpectum. Quod ſi non animo uerè inſigendi, ſed ad terrorem tantum proferuntur, hoc etiam contra reuerentiam eſt debitam; quod ſcilicet terroribus cum eis agatur, quibus omnis urbanus agendi modus, utpote in altiori gradu conſtitutus, debeat. Comminationem autem Regiæ indignationis eſt formidabilis, ut Rex omnium ſapientiſſimus aſſertatur Prouerb. 16. v. 14. dum ait; Indignatio regis, nuntij mortis.

Prouerb. 16. v. 14.

Aſſertio 2. uideri mortale; ob reuerentiam debitam etiam à Regibus.

129. Dico ſecundò. Præfatus ſtylus graue uidetur eſſe peccatum. Hoc probant nuper adducta. Et præterea arguo ex eo quod graue ex illo ſcandalum oriatur, dum uident populares ſic Eccleſiaſticas tractari perſonas: minuitur enim in illis debitus eiſdem reſpectus, & de immunitate earum abiectè ſentiunt: quod conſtat damnum

eſſe grauifſimum: cùm debeant præ aliis Chriſtiani Principes honorem Eccleſiaſtici ordinis illibatum accurare. Pro quo ita ſcribit Diuus Marcellus Pontifex in Epift. 2. ad Maxentium. Boni Principis eſt ac Religioſi eccleſias contritas atque concuſas reſtaurare, non ſiquæ adificare; & Dei Sacerdotes honorare ac rueri. Sic ille, & habetur in Cap. Boni, 96. diſt. In quâ etiam. Cap. In Scripturis, Nicolaus Pontifex Magni Conſtantini exemplum adducit, quem dixiſſe ſcribitur: Verè ſi proprijs oculis uidiſſem Sacerdotem Dei, aut aliquem eorum, qui Monachali habitu circumamicti ſunt, peccantem, chlamydem meam expoliarem, & cooperirem eum, ne ab aliquo uideretur. Poſt exemplum autem dictum ſic alloquitur Ludouicum Imperatorem: Sed hoc quidem diximus cautus uos reddere cupientes, ut ſi Domini Sacerdotibus ( qui iure Patres animarum dicuntur) aliquid contigerit uos audire, quod conſuſionem pijs mentibus ingerat: non inſrunitum, ſed pudoratos filios Noë imitantes, paternam de reliquo uerecundiam contegatis; ut aſſuenti ( quemadmodum & illi) benedictione repleti, moderante Domino, mereamini. Sic ille.

D. Marcellus.

Magni Conſtantini egeſtiam aſſutum.

Nicolaus Pontifex.

Aſſertio 3. Regiæ comminationes aliquando licere.

130. Dico tertio. Aliquando ſine peccato uillo poterunt Regiæ comminationes intendi: quando ſcilicet res ipſæ id exigere, ob grauiam quæ imminere poſſunt, damna uideantur. Et poteſt congruus talibus reſcriptis ſenſus adhiberi; inſigendas ſcilicet pœnas, eo modo, quo inſigendi à laicâ poteſtate poſſunt, exequendo ſcilicet, quas Pontifex, aut inferiores Prælati, inſigendas iudicant; aut eo modo qui, iuxta dicta Capite præcedenti, ſine eorum interuentione poteſt probabiliter uſurpari. Ex quo habetur non eſſe jam ſtylum, quem prauum dicimus: ſtylus enim dicit uſitarum ſcribendi modum, qui cum conſuetudine ferè coincidit: in uño autem aut alio caſu non dicitur eſſe ſtylus; & ita non poteſt penitus condemnari: eſtque in hoc interpretationi dictæ locus; quæ tamen non poteſt ſtylo conuenienter adhiberi.

Et hæc pro Regio Indiarum Conſilio deliſſe ſufficiat, plura forſitan quàm opus fuerit; ſi enim intelligenti plura, ut communi pro uerbio fertur, ſublimi ad eò intelligentiâ præditis, qualis in eis ſemper effloruit, qui ad illud ex flore ſapientium eliguntur, pauciſſima ſufficiunt, quæ & ipſi poterunt maioris luminis ornamento conueſtire. Iam ergo ad alia.

TITVLVS

TITVLVS III.

DE PROREGIBVS INDIARVM EORVMQVE

Obligationibus ad negotium animæ pertinentibus.

Post Regem, Regiumque Conſilium, Proregum uidetur dignitas & auctoritas eminere: unde circa illos præſenti hoc Titulo, qua commoda eſſe poſſunt expediemus. Sit ergo pro illis,

CAPVT I.

Qualiter Proreges Indici ad exemplum uitæ teneantur.

Proregum integritas uel ſolâ Regi electione probatur.



Quæ circa Gubernatores Indiarum à Rege deſtinandos dicta à nobis Titulo 1. Cap. 9. ad Proreges maxime conſtat pertinere; quibus ſuppoſitis præſens queſtio parum

Caſtodorius.

erit neceſſaria: cùm enim uiri probitatis eximie ſint ad munus tantum deligendi, quid opus eſt circa uitæ exemplum inquirere ubi illud non poteſt in ſic delectis deſeciſſe. Indicij noſtri cultum exceſſum eſt, cùm qui à nobis prouehitur, præcipuus, & plenus meritis aſſimatur. Nam ſi aquabilis credendus eſt, quem iuſtus elegerit, ſi temperantiâ præditus, quem moderatus aſſiuit: omnium proſectò capax poteſt eſſe meritorum, qui iudicem cunctarum meritis habere uirtutum. Sic Theodoricus apud Caſtodorum Lib. 1. 3. ubi de ſupremæ elatione dignitatis agebatur. Licet autem parum neceſſaria uideri poſſit, ea ſuppoſitione firmata, uilis tamen non poteſt non haberi: & nos non ſolum neceſſaria, ſed etiam uilia conſectamur.

Qua in Indico ſpecialis obligatio ob conuerſionem, de qua agitur.

2. Oportet equidem Proregem Indicum uitæ exemplo præluere: Moribus enim debet eſſe conſpicuus, qui datur imitandus. Idem qui ſupra à pud eundem Lib. 4. 3. De conuerſione Indorum agitur, & promotione fidei, ac de primitiuâ quadam Eccleſiâ prioris imitatione fundanda. Quo in negotio Prorex præcipuus eſt motor, & promotor unde omni debet florere uirtute, ut ex eo fonte in alios Chriſtianiæ profeſſionis digniſſimæ deriuetur. Ioseph in Ægypto Prorex conſtitutus à Pharaone, omniū ſe uirtutum exemplar exhibuit ueri Dei inter Ægyptios Religionem, quam profitebatur ipſe, promoturus. Et Iosephum eundem eſſe, qui Oſiris, pro Deo Ægyptiis habitus, cenſent multi. Quod nomen exponens Plutarchus Lib. 1. de Iſide, & Oſiri ait idem eſſe ac Multi-oculus. Quod P. Cornelius in Geneſis Cap. 41. circa finem ita adaptat An non multi-oculus; id eſt, multiſcius Ioseph per ſapientiam ſibi cælitus inditam, quæ Ægyptios prudentiſſimè gubernauit, eoſque docuit non tantum Aſtrogiam, ſed & fidem ac Dei cultum, iuxta illud Pſal. 104. v. 19. & 20.

Ioseph idem quod Oſiris Ægyptius, multi-oculus.

P. Cornel.

Conſtituit enim dominum domus ſue, & principem omnis poſſeſſionis ſue. Ut erudiret principes eius ſicut ſemetipſum, & ſenes eius prudentiam doceret? Sic ille. Verba autem illa, Sicut ſemetipſum, aliter iuxta Hebræam originem nonnullis ſonant ſic legentibus, Secundum animam ſuam. Quod Cardinalis Bellarminus ita exponit: Id eſt, ad ſimilitudinem ſapientie, quæ erat in animâ ſua. Docuit ergo eos uerum Dei numen, & quibus deberet moribus honorari. Ideo & ſe perfectum eorum præbuit exemplar: multis-oculus fanè; ut circumſpectione attentâ ſe gereret, ne quid in ſe, quod aliorum poſſet offendere oculos, reſideret. Et tales oportet ſint Proreges.

Card. Bellarminus.

3. Et uerò ad circumſpiciendos Proregis mores, omnes ſunt multi-oculi, ut ipſi bene opus ſit multi-oculum ſe præbere, Argum quemdam centenis luminibus iſtuentem. Non paſſitur claritas illa committere, quod poſſit mobilis turba neſire. Locatus in medium, cunctorum ad ſe trahit aſpectum: & totius uitæ iudicium promulgat ſama populorum. Sic Theodoricus apud Caſtodorum Lib. 3. 11. Unde illud apud eundem: Quidquid feceris, nos uidemus Lib. 7. 18. Sciat Prorex Indicus & turba poſſe congruere quidquid ille egerit peruidenti. Et ita ille, qui ſic eſt uifurus alios, ut quidquid egerint uideat, ſe ipſum circumſpiciat prius, & ea, quæ eſt acturus: ne quidquam, quod capere poſſit, turba oculis deprehendat. Et Indicorum populorum oculi magis ſunt alius curioſi, ut maiorem propterea debeant curam circumſpiciendi ſe ipſos in ſupremis gubernatoribus prouocare: præpoſtera Dei imitatione, qui uocat ea quæ non ſunt, tamquam ea, quæ ſunt. Rom. 4. v. 17. quæ neque in mentem uenere Proregum, neque etiam ſomniarunt, tamquam ſi eſſent, uocant, & cenſuris adiectis reprehendunt. Sint ergo & illi multi-oculi, ſic enim oculos oculum feliciter ſuperabit.

Multi-oculos eſſe oportet Indicos Proreges, quia & multi-oculi, qui eos obſeruant. Caſtodorius.

4. Pœnitentiæ, & Eucharistiæ Sacramenta ſint illis frequentia. Eorum uſus ſemel in anno fideles urget ſub lethali culpæ reatu. Si tamen Prorex eâ eſſet raritate contentus, & hoc eſſet aliis notum, graue in eo uideretur ſcandalum, unde ratione illius etiam grauis culpa & quidem ſemel tantum in anno Sacramentis præfatis uti, iuxta communem exiſtimationem eorum eſt, qui ſalutis animæ curam habent exiguam, & conſcientiam grauius oneribus prægrauatam, quod experientiæ magiſterio perſuaſum. Hoc autem de Prorege ſentiri, quis non uideat ad non leue ſcanda-

Sacramentorum uſus præluceat, neque annuo ſatis facere obſcandalum.



P. Suarez Non ſufficit illi mortaliter ad vitanda mortalia.

Per accidens potest esse obligatio plurimam annue Confessionis.

Confessorius idoneus diligendus: Et qualis ille.

Tacitus.

D. Valerianus.

Plinius.

Videri potest Doms. Reyna.

Tomio 2. de perfectione praetorato Lib. 1. Tract. 2. Cap. 14. ubi de perfectione praetorato.

Excellentissimi Comitis de Foces praetoratum exemplum in Confessione adhibenda.

dalum permouere? P. Suarez Tomo 4. in 3. p. Disputat. 35. Sect. 3. num. 11. sic ait: Vix vilis est, qui moraliter potest vitare per totum annum omnia peccata mortalia, omittendo hoc Sacramentum. Sic ille de Sacramento Confessionis. Ergo qui non vltim cognouerit, sic iudicare poterit, aut saltem magno cum fundamento suspicari. Possit autem aliquem per accidens obligari ad frequentiorrem Confessionem multi Scriptores tradunt, ex quibus videri possunt P. Suarez supra num. 10. & Disputat. 15. num. 5. & seqq. P. Palaus Tomo 4. Tract. 23. Disputat. Vnica Puncto 3. num. 5. apud quem P. Coninck, P. Layman, & Bonacina. Et licet de poenitentiae virtute loquantur, eadem est in Sacramentali ratio: quia is, qui iudicat se non posse facile contritionem habere, bene tamen attritionem, uti Sacramento debet ad effectus illos, quos citari Scriptores, & alij ab eisdem adducti commemorant. Magis in speciali loquitur P. Bauby Tomo 1. Tract. 4. Quaest. 4. Afferit. 3. P. Sa V. Confessio num. 5. alios suppressis nominibus allegans. Ioannes de Medina Codice de Confessione Quaest. 14. §. 2. Ergo similiter, ratione scandalij, quae est obligatio per accidens, poterit Prorex ad Confessionem obligari. Et eadem ratio est de Communionem, quae nunquam differri solet, nisi ob horrorem Confessionis.

5. Multum autem ad dignam in omnibus existimationem suo de Principe concipiendam, Confessarij delectio conferret, valde enim conscientiae suae videtur consulere, qui moderatorem illi adhibet probitatis & sapientiae dotibus commendatum: inde praesertim, quod nec sibi nec suis, temporalialia sit commoda quaeriturus. Pessimum veri affectus venenum, sua cuique vitulus. Sic Tacitus Lib. 1. Annal. Vbi bene additum a Lipsio, & iudicij. Iudicium enim utilitatis pessimo veneno in proprium & alienum exitum deprauatur. Id autem non erit difficile attentio Principi comperisse. Quo euentu, cum animae negotium agatur, omnibus est humanis affectibus praefereendum. Pulchra illa est Dni Valeriani sententia homilia 20. Periculosum illis conscientiae fides creditur, quibus cupiditas dominatur. Sic ille. Amotetur, honoris habitam ratione, & queratur idoneus: iudicialis existimetur, quem fama pronuntiat. Signis namque decipere, & decipi possunt: nemo omnes, neminem omnes fefellerunt, ut Traiano dictum a Plinio in eius Panegyrico. Quod si falli contingat, alius idem conquirendus: sic enim & cum medicis agitur pro salute corporis; cum sit animae salus incomparabilius estimanda: sic cum omnibus aliis, quorum nobis est industria necessaria: ut si minus habentes deprehensi fuerint, alij satisfacturi & officio tuo & voto nostro conquirantur. Excellentissimus Comes de Fuentes Mediolani delectus Gubernator P. Claudium Aquilianum Societatis nostrae Generalem, in memoria Dei & hominum aeterna futurum, rogauit enixe vt sibi Confessarium designaret, quem ad id munus idoneum se melius poterat agnouisse. Quod cum ex eius ore P. Didacus de Torres, qui ex Provincia Peruaniana Romam ibat Procurator, quem & Heros ille, sui saeculi gloria, ad hoc sibi operam praestare, Romam postquam appulsum, posulat: assurgens, assidebat enim ad lectuli ca-

put, Permittat, dixit, Excellentia vestra, vt eius peculiari & affectu & reuerentia manus exosculer. Si enim omnes Principes in delictis Confessariis ita se gererent, res animarum, & consequenter boni publici melius agerentur. Ad qua ille: Equid hic magni? An ego assidue, ex ignotis eligam ad rem tantam, quando is, qui probe suos nouit, potest a me facile erroris periculum amouere? Sic ex magni illius viri narratione hausi, in magno semper pretio apud viros principes habitum ob zelum eximium, magnanimum pectus, & odorem agri pleni exploratissimae futuribus probitatis.

6. Ad opinionis etiam stabilimentum sciant Proreges Indici Religionis studium, magnopere profuturum: si videlicet eos videant in templis assiduos, & quae diuina sunt peculiari quadam affectione versare: Deo proximi per affectum & cultum quodammodo efficiuntur diuini: qua prerogatiua maior nulla: sicut neque existimatio propter illam in hominum cordibus excitata, Religio munda & immaculata apud Deum, & Patrem haec est: vitare pupillos & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc saeculo. Sic Iacobi 1. v. 27. Vbi mirum est quomodo Diuus Iacobus visitationem pupillos, & viduarum Religioni tribuat, cum actus isti non versentur circa Dei cultum, quod est genuinum Religioni. Sed Diuus Thomas 2. 2. quaest. 81. artic. 1. ad 1. id facile exponit, dicens, actiones illas ad Religionem spectare, quia ab eadem imperantur, ordinante eas ad diuinam reuerentiam. Quo pacto id stat, quod Diuus Augustinus admonet Libro de vera Religione circa finem, dum ait: Religet nos Religio vni Omnipotentis Deo. Sed quid iam erit immaculatum se custodire ab hoc saeculo? Id equidem, non solum vitare gaudere munditia, sed eam ab aliis habere commendationem, vt non sit, qui audeat vitam maculare sic religiosae agentis: vel si audeat, ad Dei spectet curam eum mendacem demonstrare. Pro quo est expositio P. Cornelij in eum locum sic dicentis: Tertio, quia Religio Christiana, ac consequenter Deus, quem illa proficitur & colit, primo illo Ecclesia suo vultu honoratur & celebratur apud Gentiles, & Iudaeos toto orbe. Dicebant enim: quomodo Sanctus est Deus, qui tam pie & sancte a Christianis colitur: immo qui eos facit tanquos & sanctos! Id etiam in se. Sic ille, lauat autem indicatus locus ex Sap. 10. v. 14. & mendaces ostendit, qui maculauerunt illum. Vbi de Iosepho est sermo Proregum speculo praclarissimo, vt religiosae illi eundem imitatione formati, indubij sperent Deum eos, qui maculare ipsos attentauerint, mendacissimos ostenturum. Vidimus religiosos Principes malignitate quorundam turbulentorum hominum apud Regium Consilium, Regemque ipsam maculatos; sed Deum etiam mendaces ostendisse illos, qui maculauerunt ipsos, & adeo mendaces, vt non solum dedecoris nihil adhaeserit, sed praemissis sint cumulatissimis munerati.

7. Ostendit autem praefata Diui Iacobi sententia id, quod est hac in parte nimis quantum Proregibus accurandum, vt scilicet procedentes ad sacra, & populum sua laetificantes praesentia, omnem praesentem puritatem. Et immaculatum se custodire ab hoc saeculo. Haec enim praecautio conuenienter adiecta, vt obseruat citatus

P. Didacus de Torres cum laude commemoratio.

Religionis studium in Proregibus eximium ad quatuordecim conciliandum.

Iacobi 1. v. 27.

Adiuturum quoniam.

D. Thomas.

D. Augustinus.

Aquo immaculatum in hoc saeculo haberi, Deo honori tantum consulente.

P. Cornelius.

Sap. 10. v. 14.

Experimeto firmatum.

In sacra Proreges cum omni circumspectione versentur.

Interpres

P. Cornelius.

Habacuc. 1. v. 13.

Iob. 31. v. 1.

Interpres ita dicens: Quin & visitando pupillos & viduas, periculum esse a vanitate, auaritia, luxuria. Ergo sapienter monet, vt inter eos, ceterosque omnes, ita versentur, vt immaculatos se seruent. Haec ille. Sint ergo in Ecclesiis, & Supplicationibus publicis, ad omnem modestiam compositi, vt nihil non mundum in illis adspectantium possint oculi suspicari: hoc certe Religio, quae illos Deo religat, & diuinos propterea reddit, suo iure exigit, & ita vt mundi sint eorum oculi, diuinorum ad instar, de quibus Habacuc: Mundi sunt oculi tui, ne videant malum Cap. 1. v. 13. Ne si secus accidat, oculis peccent lubrici, vt in hymno habetur sacro, omnis participatio diuina dispareat. Pepsigi saecus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine. Sic Iob. 31. vers. 1. mundissimos siquidem curabat oculos, vt esse etiam possent mundissimae cogitationes. Et addit statim: Quam enim partem haberet in me Deus desuper & hereditatem Omnipotens de excelis? Q. d. Nihil in me diuinum iam esse possit, nec rite potero de participatione Diuinitatis aliquam gloriari. Religionis abscellit decor & decus: cum iam me immaculatum ab hoc saeculo custodisse, fordatis nequeam oculis profiteri. Haec ergo obligatio Proreges debet praestare sollicitos, est enim grauissima, de qua debent Confessarij ipsos serio & copiosius admonere. Quod si ipsi suo muneri aduigilent, quidquid in hoc admonitionum fasciculo desiderari potest, suo studio splendendum referuamus. Pro quo & legendus P. Lessius in Resolutionibus posthumis verb. Missa, Casu 1. vbi pie & erudite ostendit quantam cum decetiam debeant Principes sacris adesse.

CAPVT II.

Erga familiam qualis futurus Prorex Indicus vt conscientiae stare iura possint.

Familia peccata non vitanti tribuuntur.

Seneca.

Illius mores parant dominos.

Cassiodorus.

Plal. 100. v. 6.

Plal. 27. v. 1.

8. Futurus profecto oculatissimus, sicut erga se ipsum, iuxta dicta num. 8. sciens quidquid peccatum in ea fuerit, sibi non vitanti tribuendum. Qui non vitat peccata, cum possit, habet. Sic in Meda Seneca. Et cum existimationis suae curam debeat habere praecipuam, iuxta nuper dicta, hoc ad illam magni constat esse momenti. Pro quo Cassiodorus Lib. 1. 2. ita scribit: Sicut discipuli magistri scientiam produm: sic nos obsequentium mores aperunt. Praeceptis non putatur obsecundasse moderato: auarus paruissime non videtur contineri: stultus prudentibus seruasse non creditur. Periclitamur, fateor, in actionibus vestris, si vos mala intentione tractetis: & quod nulli accidit, vestrum alienum vitium nostrum celebratur opprobrium. Et inferius. Sed habemus iterum ex alia parte solatium, quod vestra bona, nostra creduntur esse mandata, & nobis otiosis acquiruntur, quidquid gloria vestris laboribus expeditur. Sic ille. Quomodo ergo non debeat circa hoc Proregis oculus vigilare? Oculi mei ad fideles terra, vt sedent mecum: ambulat in via immaculata, hic mihi ministrabat. Sic Vates Rex Psalm. 100. v. 6. Ille inquam, qui Psalm. 27. v. 4. dixerat: & ero immaculatus cum eo: & obseruabo me: ab iniquitate mea. Pares ergo

curae esse debent immaculatae vitae & immaculatae familiae, illa religiosum ostendit, vt dictum n. 6. & seqq. ostendit & ista. Quod si hic maculae, in illam pariter redundabunt. Debet ergo multioculus esse Prorex, iuxta dicta num. 2. vt & se circumspiciat ipsum, & suorum etiam actiones attentissimus conspiciatur. Oculi mei ad fideles terra, vt sedent mecum. Vbi sedere idem quod versari est: & modus loquendi attentionem, & sollicitudinem specialissimam manifestat. Vnde Ioannes Campensis ita vertit: Oculi mei in hoc mundo ad veri studiosos intentus sit, vt mecum versentur: & qui in via innocentia ambulat, ministrat mihi. Id quod in Indis peculiari animaduersione tractandum, vbi maioris exempli ea est ratio, quam num. 1. adduximus, & occasione ebullunt, in aulam praesertim aditum audissimae & frequentissime moliente.

9. Circa uxorem, si illam habeat, id strenue curet, ne se gubernationi immisceat, quod vidimus multos accuratissime peregrisse. Si secus aliquando accidit, non parum opinioni Principis ea est conuenientia detractum. Non est bonum esse hominem solum: faciamus ei adiutorium simile sibi. Genes. 2. v. 18. & edificauit Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam, in mulierem v. 22. Ne quis autem existimaret mulierem sic in adiutorium data, vt etiam in mundi moderationem partem esset habitura, obseruatione dignissimum occurrit id quod ad moderationem spectat, ante formationem mulieris extitisse. Formata igitur Dominus Deus, de humo cunctis animantibus terra, & vniuersis volatilibus caeli, adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea: omne enim quod vocauit Adam anima viuentis, ipsum est nomen eius v. 19. Post haec ad mulieris Deus formationem venit: postquam scilicet Adam moderationis mundi praclarum specimen praebuisset. Si ergo mulier in adiutorium data, ad negotium propagationis, ad socialis vitae commoda, non ad gubernationis est consortium referendum. Ad moderationem equidem mundi impositionem nominum pertinuisse, praeter Interpretum sensum ita significantium, id probat, quod habet Plato in Cratylo, vbi ita scribit: Non certe omnis hominis est, d Hermogenes, nomen imponere, sed alicuius fabricatoris nominis: hic vero est, vt videtur, legislator, qui quidem est opifex inter omnes homines rarissimus. Haec ille. Sit ergo mulier quamlibet prudens, id certe ad domus gubernationem inflectat: quam si fuerit conuenienter assecuta, credat se numeri suo fecisse satis, neque extra domum illius iurisdictionem protrahendam. Quod vt significanter Graeci, eo vti verficulo: Mulier frangi est gubernaculum domus. Hinc etiam Salomon in mulieris fortis elogio, domesticam tantum sollicitudinem commendauit, ex quo factum vt vir eius gubernaculo Reipublicae adnotus, gloriosus inter sibi assidentes appareret. Nobilis in portis vir eius, quando sederit cum Senatoribus terra. Prouerb. 31. v. 23. Quod equidem secus esset, si mulier externa se vellet gubernationi, iuxta multorum phantasmam, immisceat.

10. Et in partibus Indiarum inde hoc periculofus malum, quod Beneficia Ecclesiastica ad Regium spectant patronatum, suntque illa quamplurima, & praesentationes ad ipsa Proregibus,

Ioannes Campensis.

Circa uxorem qualis futurus Prorex.

Gen. 2. v. 18. & 22.

Mulier post nomen impositionem ab Adam, mystica ratione formata.

Non enim debet partem gubernationis, nisi domestica tantum assumere.

Plato.

Inde gloriosus vir.

Prou. 31. v. 23.

Malum in gens in Indis, sicut Beneficiis